


ea omia mea tua sunt · Epulari aut ea gaudere oportebat ·
quia frater tuus hic mortuus erat ea reuixit · Perierat ·
et inuentus est · Homo quidam erat diues qui habebat
uilicum · Hic diffamatus est apud illum · quasi dissipasset
bona ipsius · Et uocauit illum · & ait illi · quid hoc audio
de te · Redde rationem uilicationis tue · Iam enim non
poteris uilicare · Ait autem uilicus intra se · Quid faciam
quia dns mr auferet a me uilicationem · Fodere non
ualeo · Mendicare erubesco · Scio quid faciã · Ut cum
amotus fuero a uilicatione · recipiant me in domos suas · Con
uocatis uniq; singulis debitoribus sui dñi dicebat primo ·
Ait ille decem cados olei · Dixitq; illi · Accipe
cautionem tuam et sede et cito scribe quinquaginta · Deinde
alio dixit · Tu uero quantum debes · Qui ait · Centum cho
ros tritici · Ait illi · Accipe litteras tuas · et scribe octoginta ·
Et laudauit dns uilicum iniquitatis quia prudenter fecis
set · Quia filii huius sci prudentiores filiis lucis in generati
one sua sunt · Et ego uobis dico · Facite uobis amicos de
mammona iniquitatis · ut cum defeceritis recipiant uos in
eterna tabernacula · Qui fidelis est in minimo · et in maiore
fidelis est · Et qui in modico iniquus est · et in maiore iniq
uus est · Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis · quod
uerum est · quis credet uobis · et in alieno fideles non
fuistis · quod urm est quis dabit uobis ·
Nemo seruus potest duobus dominis seruire · Aut enim u
num odiet · et alterum diliget · Aut uni adherebit · et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Trierer DOM
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0218